

quis--- dicat quot Acestes vixerit annos,
quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas?

Quis eorum evolvat

(θ) Quod jus Pontificum veterum, quæ scita Quiritum,
quæ consulta Patrum, quid Draco, quidve Solon
sanxerit, & Locris dederit quæ jura Zaleucus,
sub Jove quæ Minos, quid Themis ante Iovem?

Εἰ κύνας εῖχε κύνηλωψ, τίνας ἐδραμεν ἦλιον φίμως,
καὶ τίνον οὐ πρωτεὺς, καὶ τίς ὁ πυγμαλίων;

Nondum nempe pueris nota est Historia sive Mythica sive Vera, sive quasi-vera, Comœdiarum quæ est & Tragœdiarum. Hac enim omnia sub circulum grammatici rediguntur: ut adeò paridum sit cavillum, quando Turbo aliquis Grammaticos appellat pædidosos aut pediculosoſ. Ego verò propterea indigitavi Grammaticam puerilem, quod soldæ apud pueros incipimus, solā eā eosdem imbuimus & initiamus. Grammaticā inquit. Inter primas literas Augustinus recenset legere, scribere & numerare. Grammaticus apud Tertullianum (ι) est & primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum arenarius. Lucianus illi tribuit officium, ut pueros Musicā excolat & Arithmeticā, literas pingere, easque recte doceat pronunciare. Hinc nata est, Augustino dicente, illa librariorum & calyconum professio, velut Grammaticæ infantia, quam Varro literationem vocat. Atq; sic Augustinus Grammaticam meam puerilem stabilis. Hunc in modum Publ. Helvius Pertinax, postmodum Imperator Romanus, literis elementariis & calculo fuit imbutus. Idque non immersio: sunt enim bærties, iuxta Aristotelem, (κ) χρήπιμοι τρόποι τὸν βίον καὶ τολύχρησοι, τρόποι χρηματισμὸν, καὶ τρόποι οἰκονομίαν, καὶ τρόποι μάθησιν, καὶ τρόποι τολμῆτας τράχεις τολλᾶς, & διὰ τὸ τολλᾶς ἐγδέχεσθ γίγνεσθ δι' αὐτῶν μαθήσεις ἐτέρας.

Secundam Logicarum artium, uti quidem Stoici non in artificiose eas parti-
ti sunt, Logicam appello juvenilem, quod ea supra puerorum captum, & adultiori-
bus potius tradenda sit. Ut enim pueris, qui vel nondum voces ipsas recte collige-
re norunt, iugi exercitatione & sedula repetitione, discrimen aliquod Generis &
Speciei, ut ipse huius rei experimentum feci, feliciter instillari queat, præsentim si
communes illas notiones assumseris, Animal & Equum, Piscem & Lucium, A-
yem & Lusciniam, Arborem & Cerasum; vereor tamen ut cetera comprehen-

(θ) Ausonius in Profess. (ι) de Pallio (κ) l. cit. cap. 3.

A 3

dant,